

## CAPUT XV.

*D*e floribus, & sublimatis, calcibus, seu calcinatis, & magisterijs.

## FLORES ANTIMONII, SEV MAGNESIA SATURNINA Meteorifata.

*B*. Cucurbitam fistulam, tubulum, seu canalem habentem in latero, colloca in arenam latitudine, super quam pone ollas quatuor, vel plures, per partes inferiores apertas, scie inbiceat excipientes; olle superiori superponere capitellum vitreum, cuius rostro recipientem aggrega. Ignem gradatim admove, ut cucurbita ignitru, & paulatim per foramen paulum ex mistione frequenti injice: *g*. Antimonij pulberati lib. j. arenę lib. ib. foramen tege, & sic vicilim, & paulatim materialam injicendo usque ad finem repeate. Si recte ignem rexeris, colliges triplices flores, scilicet, albos, flavos, rubros. Phlegma antimonij in appositum excipulum colligi poterit.

## VIRES.

*P*urgant omnes impuritates in stomacho, & intestinis exstantes, tam per vomitum, quam per feces, vel in substantia, vel in infusione cum vino fæta exhibiti. Eorum usus praecipuus est in hydrope, podagra, epilepsia, & catarribus. Dosis in substantia est à gr. iij. ad gr. v. in infusione ad gr. viij.

## FLORES ANTIMONII PER INFERIORA tantum Purgantes.

*S*vblima pulverem emeticum, seu Mercurium vitreum, cum dupla quantitate salis fusilis. Lava id, quod sublimatum est, superque illud aquam vite accensam bis, aut tunc combure. Dosis gr. vij. vel viii.

FLORE

## FLORES SULPHURIS.

*S*ulphuris communis grossiter pulverat lib. immiter cucurbita vitrea bene latata, vel fistula, pone in arena, & apposito alembico vitro sublima primum ignem miti, postea fortiori, & videbis paulo post elevari flore: in alembicum, qui repetitis luce alternis alembicorum vicibus, studiosè sunt colligendi; hanc florarum sublimationem fons, atq; iterum reitera, si priores desideras.

Postulunt etiam parari cum similibus vasis, quibus flores Antimonij sublimantur.

## VIRES.

*P*ropinquunt in omnibus palmonum affectibus, asthmatis, tuisti antiqua, & recente, pleuris, catarribus in peccatis defluentibus, colica, pleuris, apostematibus, aliisque affectionibus, qui exicatione opus habent. Dosis à d. ad 3j.

## FLORES SULPHURIS BENZOINATI.

*F*unt duobus modis: vel sublevando alembicum omnini hora, ingera dum sublimantur flores sulphuris, & in cucurbita 3j. pulveris Benzoini projiciendo: vel colloquendo flores iam factos in patena terrea vitreata, incius medio scutella terrea prominat, cui induatur ferrum incensum igne, moxque injiciuntur particule Benzoini proiecicio, donec sit satis, quo facto teruntur flores sulphuris cum floribus Benzoini exaggeratis, servanturque tamquam odoris lucundi, maiorumque virium.

FLORES SULPHURIS SACCHARATI  
Quercetani.

*S* Flores sulphuris, miscere, atque sublima cum faciatato candido.

VJ:

## V I R E S.

**M**itis auxillum conferunt ad asthma, aliosque affectus pulmonum, quam vulgares. Dosis 3j. Glukradius miscet flores sulphuris cum saccharo candi, do usque servat, quia ex saccharo nihil sublimatur, imò secur pessimus floribus conciliatur.

## FLORES BENZOINI.

**R**ec. Benzoini q. v. tere, & olla rotundæ impone, deinde clade ollam duplice charta emporistica in modum manice Hippocratis convoluta, da postea ignem ad sublationem idoneum, floresque niveos, sèpius chartas novas mutando, collige.

## V I R E S.

**C**onveniens in astmate, ac tussi inveterata, aliosque pectoris, ac pulmonum affectibus. Dosis à gr. ij. ad gr. iv. cum syrupo aliquo pectorali; tempore præferim matutino.

## FLORES LAPIDIS HÆMATITIS.

**R**ec. Lapidis Hæmatitis subtiliter pulverati p. j. Salis Ammoniaci pulverati p. ii. optimè miscentur, & detinantur per dies tres; postea sublima per alembicum in arena igne forti; Sp. Salis Ammoniaci egressus serva. Sublimatum (si placuerit) elautur aqua, filtretur per châttam, præcipitateque affusione olei tartari per deliquium, donec aqua fiat alba, & clara, præcipitatum edulzora, sic hebebis Flores Lrides Hæmatitis; Apellantur etiam Aroph Paracelsi, & Aroma Philosophorum.

## V I R E S.

Sudorei promovent, & obstrunctiones apertunt. Dosis ad 3j. Spiritus aperit, deobstruit, menstruaque provocat. Dosis ad gr. xx.

Aput mortuum, pro tintura Lapidis Hæmatitis adstringente paranda, serva.

## FLORES SALIS AMMONIACI MARCIALES;

**R**ec. Salis Ammoniaci lib. Limature Martis lib. milce diligenter, & ex curcurita in arena sublima S. A. vase refrigerato separa quod sublimatum est, & miscet cum æquali pondere Limature Martis, ac iterum sublima.

## V I R E S.

**I**n quartana, melancolia hypochondriaca, & scorbuto insigne sudoriferum est, cruditatem ventriculi tollit, ac obstrunctiones viscerum referat. Dosis à gr. iv. ad 3lib.

## FLORES SALIS AMMONICI

**R**ec. Salis Ammoniaci, & Salis Communis decrepitati ana p. eq. sublimentur S. A. convenient cum prioribus, sed imbecilliter. Dosis ad gr. xv.

## ENS VENERIS.

**R**ec. Vitrioli optimi ad summam rubedinem calcinati, lotti, & exiccati, & Salis Ammoniaci ana p. xq. sublimentur in retorta vitrea optimè lurata igne nudo forti, altera, acque altera vice usque quo rubicundum colorem, aut flavum acquirat, semper, cum suo capite mortuo, sublimatum miscendo; hinc sublimatum serva.

## V I R E S .

**A** Nodynum est, prodest etiam in rachitide, & vermis bus infantum necanis, ad obstruktionesque aparicandas. Dosis à gr. v. ad 30.

## MERCVRIVS SVBLIMATVS CORROSIVUS.

**P.** Mercurij in aqua forti soluti, vitrioli ad albedinem calcinati, & salis communis decrepiti ana p. xq. miscantur exacte in mortario marmoreo, & sublimentur ex cucurbita humili, seu in phiola, & sublima in arena dando ignem per gradus ad quatuor, vel quinque horas; idque repete ad tertiam, vel quartam vicem, semper pulverem rubrum in fundo, & album in virti collum sublimatum reieциendo, medium vero servando.

## MERCVRII SVBLIMATI VERA PRÆPARATIO

**P.** Mercurij vivi depuratisimi lib. Vitrioli ad albedinem calcinati, & salis communis decrepiti ana lib. Subigantur cum modo aceri, exsiccentur, & siccata terantur, & simul miscantur in mortario lapideo tandem donec Mercurius cum salibus in pulverem abeat. Tritam materiam injice in cucurbita cum capitulo, & igne aperto gradato diffila a i horas 8, vel vñqueuo Mercurius sublimetur. Sublimatum collige, tere, eique adde vt antea novum Sal, & vitriolum, optimè miscet, a iterum, vt antea sublima, idque tertia vice reiteretur, donec instar albissimorum crystallorum meteorisetur. Hoc modo Mercurius Sublimatus paratus magis vñli Medico adaptatur, cum absque malignitate sit, & noxa; quam ex nitro, aqua forti, &c. paratus. Mercurius sublimatus comprobatur, si eidem gutta olei tartari per deliquium affundatur, vel cum sale tartari confricitur, & fiat flayus; si vero nigricans, erit arsenico adulteratus.

Appellatur etiam Mercurius Meteorisatus, & Draco fortificatus.

MER-

*Mercurij  
sublimati  
comprobatio.*

## MERCVRIVS DVLCIS.

**S.** Mercurij sublimati paulo ante descripti Zvij. Mercurij vivi purificati, seu cum acero, & sale communiti, & postea cum aqua loti, & fccati Zvj. milce extractissimum in mortario lapideo cum pilollo ligneo, vt mercurius vivus non amplius apparet; injice in cucurbita vitrea humili, seu in phiola, & sublima in arena dando ignem per gradus ad quatuor, vel quinque horas; idque repete ad tertiam, vel quartam vicem, semper pulverem rubrum in fundo, & album in virti collum sublimatum reieциendo, medium vero servando.

## V I R E S .

**I**N hydrope, peste, pleurite, podagra, icteritia, & miranda præfatis; sanguinem enim purificando, & medullam in osibus rectificando, simili omnia noxia è corpore humano radicaliter pallit. Insuper vermes enecat, & omnia vicia venera, & ipsam luem venereum, cerebri que fluxiones potenter exiccat, & radicitus tollit. Dosis a 3j. ad 3l.

Appellatur etiam Aquila Alba, Draco Mitigarus, & Panchymagogum Minerale.

Mercurius Dulcis duodecim sublimatus, & supra porphyriticum lapidem lebigatus, mox in spiritu vini per dies 15, maceratus, & postea exiccatus, dicitur Panacea Mercurialis.

Mercurius Dulcis fexies sublimatus à Turqueto de Maverno Calomelias dicitur: qui potest infervire pro Calomelani Riverij, illum abluerendo multoties aquis cordialibus, dcinde aqua vite Juniperina ad dighti mensuram in bibendo, ipsamque comburendo, idque ter repetendo.

## MANNA MERCVRII BEGVINI.

**D** Iffolve Mercurium (probè mandatum) in aqua forti. Postea aqua marina (qua gifficere accipe sal marina Ff2 in

*Panacea  
Mercuria-  
lis.*

*Calomelas  
Turqueti.  
Calomelaz  
Riverija.*

in aqua communi calida dissolutum) precipita: & ex cucurbita, per arenam distilla, ignem subfinem augendo, vt mercurius ad latera vasis sublimetur. Vnde refrigerato, toxicibus, in imo vasis subsidentibus, abieccis, sublimatum seorsim collige: & iterum in eadem aqua dissolve, & distilla, vt supra. Habetis Aquilam Cœlestem, nive candidorem.

## V I R E S.

**C**Vins usus (antea aqua aliqua cordiali, et rosata, vel alia simili lotam) in morbis venereis maximus. Purget tantum per inferiora. Dosis gr. x. ad gr. xv.

## RUBINVS ARSENICI DIAPHORETICVS:

**R.** Arsenici q. v. sublimabis, vel ter in arena, semper que separa pulverem subtilissimum, qui in cucurbita instar faringe volatilis adhaeret, est enim arsenici venenum, partem crystallinam milce exacte cum florum sulphuris æquali pondere, & sublima.

## V I R E S.

**S**pecificus est in affectibus pulmonum, ex erasis catarrhis. Datur quoque ad sudorem elendum in morbis malignis, & venenatis. Dosis à gr. iv. ad gr. viii. Extritus si adhibeatur, curat omnia visera maligna curatu difficultas.

CINNABARIS OFFICINARVM, SE V.  
Artificialis.

**R.** Sulphuris communis 2ij. vel iv. huic liquefacto insunde Mercurij vivi 15j. spatula lignea bene agitando in corpora, donec Mercurius à sulphure planè consumptus videatur. Postea massam refrigeratam tere super marmor, arque sublima ex sublimatorio lurat, igne primò leni, dein auctiori, &c. primò ascendit fenus cinnabarinus, paulatim rubescens. Quando itaque mus nigro rubeus ascendere incipit, vrge i-

429  
violentissimo horas 4. vel 5. & sublimabitur cinnabaris, ad hærescetque lateribus, quam exime, reiecit scissibus in fundo, & espirello.

## ALITER;

**R.** Sulphuris 2ij. Mercurij. 2iv. milce vlique quo Mercurius non amplius appareat, ac sulphur aliquantulum efflagare sit, vt pulvis remaneat niger; hisc sublima semel, ac iterum, vt cinnabarim nancisceris rubeam. Fundamentum huius preparationis est hoc: Acidum sulphuris in igne corrodit mercurium, cumque secum vnit, & in altum evexit, vt ex inde sale concrècat corpus cinnabarinum. Hoc modo fieri cinnabarum, patet inde, quia beneficio alkalium, aut cum limatura martis ex cinnabari refuscitari potest mercurius vivus, si, scilicet, cinnabaris cum alkalibus distilletur, quatenus alkalia absorvent acidum sulphuris, inde mercurius à compeditibus acidis solutus in forma viva le fitur.

**P**reparatio Cinnabaris Artificialis dicit nos in cognitionem Cinnabaris Nativę, qua nil aliud est, nisi terra mineralis lapidescens, rubicunda confusa ex sulphure, & Mercurio vivo cum terrestrī materia instar lapidis, compacti; Eligenda, qua gravida Mercurio, & sulphure præstantioribus.

Ante quam veniat in vsum prius depurari debet, cum plerunque nonnihil de sulphure arsenicali eidem adhaereat terra symptoma. Modum optimum illam depurandi ostendit Hoffmannus in Clave: Cinnabaris nativa pulverulata coquitur aqua purissima in rigillo alembicato, vt fumus metallicus in auras evanescat, hec coctio sibi separanda, & pars subtilissima supernans à scorijs separanda est. Postea in vas argenteum infunde, accenso spiritu vini sibi superfulo, & vsui resverba. Cinnabaris hec ita depurata vix cedit cinnabari antimoniiali, qua est omnium præstantissima, cum sulphur antimoniij sit naturæ solaris.

## V I R E S .

**C**innabaris quamvis per se non sit diaphoretica, tamen alijs addita vīa illorum diaphoreticam exaltat, & promovet; polychrestum enim exaltatorium, & praefestissimum, ac securissimum alexiteritum est, egregium temperaticum, resolutivum, & anodynūm remedium. Hinc non solum à Recentioribus, sed etiam à Veteribus Cinnabarina fuerunt commendata, non solum in epilepsia, sed in alijs morbis convulsivis, iij que tam internis v.g. colica virorum, passione hysterica, in morbillis, & variolis, ante sui erumpitionem cum epilepsia coniunctis, quād partium externarum morbis spasmodicis. Extrinsecus adabitetur ad sanandam iucum venereum, & scabiem in suffimenti. Dosis ad 3j.

CINNABARIS ANTIMONII, ET EIUS  
Butyrum.Butyrum  
Antimonij.

**A**ntimonij purissimi, & Mercurij sublimati corrosivi ana p. eq. misce exadē in mortario lapideo, & distillentur per retortam vitream ex arena, igne primò mediocri: sic liquor, seu Butyrum Antimonij instar glacie egreditur, qui si concrescat in collo, ne id obstruat, admove caute carbonem, ut liquefac, & visu serva. Ignem fortiter auge horis aliquot, seu usque quo videas cinnabarim collo retorte adherentem, quam collectam sublimacione vna, ac altera purifica-

## V I R E S .

**C**innabaris valet, ad sudorem in morbo gallico, lepro, elephantiasi, alijsque similibus consumptioribus morbis provocandum. Datur etiam in epilepsia puerorum cum aquali pondere cranij bonitis non balsamis pp. perlatum, &c. Dosis à gr. iiiij. ad 30.

Butyri Antimonij usus per se est externus solum, in gangre-

352

**S**us, & sphacelo, in quibus si pars mortua illinitio balsus butyri circumlinatur, non serpit ulterius putredo, sed quo felicis peragitur. Simili ratione carbunculus pestilentialis butyro hoc circumclusus, paulatim emoriendo excutitur, adeoque apertus redditur, qui postmodum emplastris alij obediat.

Appellatur etiam Oleum Glacie, Oleum Mercuriale Antimonij, & Liquor Gummosus.

**N**. Si mayorem copiam Butyri, quam Cinnabaris desideras, massam ante distillationem, in humidum locum per triduum repones.

## MERCVRIVS VITÆ.

**B**utyri, seu Olei Antimonij Glatialis præcedentis q. v. rectificata in retorta igne arenę; liquore distillato affunde aquam, ac statim pulvis albus præcipitabitur, qui abluitur donec nullam amplius acrimoniam faciat, deinde exiccatur.

## V I R E S .

**T**otius corporis, & præcipiū prima regionis bemores nozios, per fecesum, ac vomitum expurgat. Vjs/que insignis est in pepte, capillis morbis, lue veneres, viceribus malignis, febris, arthritide, hydrope, ubi, & ut plurimum sine vomitu operatur ob acidofalsas aquositates in hydropsies abundantes, cum salia acido volatilitatem purgantium fixant, ita ut salem per inferiara purgent. Dosis a gr. iiij. ad gr. iv. tandem Dosis macerari licet in baſi vini, cumque filtratum exhibere.

Præterea Angelus Sala in ternario bezoard. cap. 232 Mercurium vitæ in partu difficii desperato tanquam maximum commendat remedium his verbis: *Et in continentii quando naufragare, & vix movere cœperit, facultas expultrix ad expellendum fatum simul calcar accipiet. Nec abborrearis a tali medicamento, eo ipso enim plurimis in acie novaculae quasi constitutis, hoc in casu*

Ff4

præ-

preſo fuit, aqua delicate, quibus nulla ſpes ſuperfluerat, quam robuſtis, & paginis, ut indequaque bariori gatis poſſet: quinque ſextum ſemipuritatum ſapè, & ſecondum biduum, et triduum poſt partum relictam beſtioſiſtus, ſalva matris vita, diſcedere fecimus. Mercurium vita ergo quilibet Medicus hac in parte optima de nota commendatum ſibi habebat, &c.

Bilinchius etiam lib. 2. cap. 14. obſer. & paradox. chym. in partu diſſicili triduanuſ elicitum ſum ex- pertus eſt. Tachenius in Hipp. chym. cap. 24. p. m. 232. inquit: Mercurij vita & grana cum vino hauſta uo- mitum, atque ſeces ſum movent; in diſſicili partu diuinum ſanè refugium.

Appellatur etiam Pulvis Angelicus, Pulvis Algarroth, Pulvis Emeticus, & Aquila Alba; ſed nora, quod Aquila Alba appellatur etiam Mercurius Dulcis.

### SPIRITVS VITRIOLI PHILOSOPHICVS, SEV Cohob Antimonij ex Hartmano.

¶. A quam, qua Mercurius vita edulcoratus eſt, & fil- tria per chartam, hinc in B. M. evapora donec apare- re incipiat liquor flavus, & acidus. Liquor hic eſt ſpiritus vitrioli Philofophicus, qui per retortam à ter- reſtri materia rectificari poeteſt.

V I R E S .

P Otiarie eſt virtutis, quam, qui vulgi modo conſiftuntur. Medetur febribus, luem veneam mitigat, liensem, & venas meferiacas ſolvit, ventriculum debilitatum, & à plegiatate crassa infarctum confortat. In melanbolia hy- pocochlearia, epileptia, omnibusque affectionibus capitis mi- rē prodeſt. Extrahuntur, & eius minifterio Tinctoria mineralium; Corallia, & Perle diſſoluntur. Idem aqua- tus ſpiritus ſaliſ folioſ Aurum. Dofis a gr. iiiij. ad gr. x.

\*\*\*

MER

### MERCVRIVS VITÆ CORRECTVS.

¶. Mercurium vita, in phiola igne arenæ ſove, donec rubore incepiter, poſtmedium vini ſpiritum ſepiuſ ab eo abſtrahē.

V I R E S .

P Vrgat ſat commode per alcum, impuritateſ que quaſi cumque educit. Dofis a gr. iv. ad gr. vi.

### MERCVRIVS VITÆ CATHARTICVS:

¶. Mercurium vita, ac cum ſale communi, aliquoties diuitiusque tere, & ſalſedim poſtea per aquam come- munem ablue; ſic folam vim per ſeculum purgandi obtinet. Dofis ad gr. vij.

### SVCCINVM ANTIMONII, SEV VITRV M EX Mercurio vita.

¶. Mercurij vita q. vi. abſtrahē per retortam partes mi- nus fixas, reliquum fundatur igne forti in vitrum, quod transparens opacum, vel ſi diuitius in igne conſi- neatur, hyacinthinum evadit.

Abſtracta ex eo tinctoria cum aceto diſſillato, decantata, & exiccata, ſudorem movent. Dofis gr. iij. vel iij.

### REGVLVS ANTIMONII:

¶. Antimonij crudii lib. 1. Tartari crudii Zix. Nitri puri- ficati lib. pulveris carbonum 3j. pulverentur, & miſ- ceantur. Dein colloca crucibulum inter prunas accen- tas, ut candeat. Tunc inijec cochlear pulverum, & statim opere donec furus cefſet. Poitea amo. coo- pereulo, novos pulveres inijec, & claude: ad finem uſque ita continuando. Tandem da ignem fusionis, & crucibulum move, ut regulus fundum petat. Cru- ci-

V I R E S.

**F**ormatur in globulos parvulos, qui deglutiti in illae  
passione auxilium ferunt: item formantur ex eo vas-  
cula, quibus si vinum ad 3vj. O per horas sex, vel octo  
in iis relinquatur, prebeat vinum suavissimum per super-  
iora, & inferiora suaviter purgans.  
In defectu vascularum potest infundi regulus.

SVLPHVR AVRATVM, SEV AVRVM  
Medicorum.

**P.** Scorias, seu feces Reguli predicti, easque reduc in  
lixivium per ebullitionem in aqua; lixivium id ca-  
lide per chartam emporteticam traiice, eique frigefac-  
to adde aceti distillati q. l. vique quo precipitet sul-  
fur, lixivium per inclinationem separa, crocumque  
reiteratis multis ablutionibus dulcoratum, & siccatum  
scorffum collige, & ad vsum serva.

V I R E S.

**H**oc insigne est diaphoreticum, & sanguinis mundificum,  
multis morbis depellendis optissimum, &  
in convenienti liquore exhibetur. Dosis a 3vj. ad 3l.

REGVLVS MARTIALIS.

**P.** Ramentorum Martis libj. appone in crucibulo supra  
ignem, donec incipient liquefcere, post adde Anti-  
monij pulverati libj. fluant, & Regulus fundum petet  
dum sulphur Antimonij arripit Martem in scorffis su-  
perficien tenus detentum. Regulus hic si aliquores fun-  
datur, & in fusionibus aliquid de Nitro, & Tartaro  
iniiciatur, & à scorffis separetur, tandem stellam in-  
tar solis radiantis contrahit, hinc Regulus stellatus  
dicitur.

CRG

CROCVS METALLORVM, SEV HEPAR  
Antimonij.

**P.** Antimonij, & Nitrificana p.aeq. pulverisentur, ignea-  
tur, & calcinentur per quadrantem horz: crocus à  
scorffis separetur, & aqua calida eluat, vñique ser-  
vatur.

V I R E S.

**C**onvenit in melancholia hypochondriaca, sanguine gru-  
molo, vertigine, epilepsia, ac hydrope. Dosis à gr. v.  
ad gr.x.

RVLVIS EMETICVS ALEXANDRI  
Quintillij.

**P.** Hepatis Antimonij optimè loti 3j. præpara g. A. sua  
præprophyritim aqua rostata humectando, & exic-  
catum in matrice vitreo inijice; eique affunde sp:  
vini 3vj. digere per diestres: deinde in vase vitreato  
accende, & spatula ad extinctionem spiritus agita,  
exicatumque vñi repone. Dosis à g. vj. ad gr.xx.

CROCVS METALLORVM RVLANDI.

**P.** Antimonij electi, Nitrif. puri, & salis communis ana-  
p.aeq. eaque minutissimè, scorffum trita, & commix-  
ta in crucibulo, luto prob. munito pone ita tamen,  
vt in superficie medio, aliquod foramen parvulum  
relinquatur, per quod arsenicales, & venenati spiri-  
tus exhalare queant: hinc in furnum venti collocen-  
tur, ignemque fusorum accedatur, & si liber, follis  
eriam ministerium adhibeatur, vt in cætino sufficien-  
ter fluant, ta diu continuando, quandiu fumus per  
foramen illud in superficie relictu aescendat. Quan-  
do omnes spiritus fumantes evanuerunt, ignis prope  
ad

ad quadrantem hora fortiter adaugeatur, dein crucibulum eximatur, insigdidatumque spiratur, & inveniuntur Antimonium in fundo sicut Regulum, quod à salibus mallo detruncetur, atque in pulverem teratur, qui instar Cinnabaris rubicundissimus, & in Medicina willissimus est.

## V I R E S.

**V**aleat in omnibus febribus precipue intermitentibus, pef silentibus, &c. Dosis ad 30. plus, minusve, cum aqua cardui benedicti, aut alio convenienti liquore, & Rulando Aqua Bonedicta, appellato.

## VITRVM ANTIMONII HYACINTIVM.

¶. Antimonij puri q. v. pulveretur, & calcinetur in vase figurino amplio, ac lato, non vitreato, continuo scilicet materiam rudicula movendo, ne concrescat, quod si id præter spem evenerit, denuo pulvrizari oportet. Deducendum est hic labor, ignisque augendus, vel in tantum, ut vas paulatim igneatur, materiaque cinereum, seu gryfeum acquirat colorem, nec fumum, (a quo diligenter cavendum) amplius emitat. Calx ista in crucibulo bene, & satis fusa, (quod immisso stylo ferreo experiri licet) effundatur in tabulam lapideam, ut in vitrum habeat. Vitrum si adhuc nigrum, ac opacum fuerit, reiteranda est fusio donec pellucidum, ac hyacinthimum colorem nanciscatur. In qua fusione, si sulphur cisticinum miscatur, vitrum rubescit.

## V I R E S.

**H**umores crassos, viscidos que ejicit, in ventriculo, viscera, locis superfluos, idque per vomitum, ac per ventris quoque in peste resiftit, precipue si cura actio propincurit, quippe hoc ratione, & sudorem citat.

Utile

Vite quoque est in febribus putridis, ac malignis, bydrope, &c. Dosis a gr. j. ad gr. iv.

Vix emeticae vitri Antimonij corrigitur digestione cum puro spiritu aceti, donec menstruum sublimi tinctura saturatum conspiciatur, tum modice liquorem omnem abstrahit, & pulverem residuum flavum, aut rubicundum, cum spir. vini benè dephlegmato digere, brevi post tempore tinturam obtinebis nobilern, & omni vi cuncta privatam, quam, ut Valentini filii, vel 6. gut. dosi praescribat quidam ratiem referente Boyleo quantitate 30. gut. assumpta, vomitum nullo modo expertus est.

ANTIMONIVM DIAPHORETICVM, SEV LAC  
Antimonij.

¶. Reguli, seu Hepatis Antimonij 15j. Nitri rectificati libii, pulveris, ac misce: hinc detona vicisim in crucibulo acoeno inter prunas collocato; detonationibus finitis, detineantur igne violento per integrum horam; deinde dissolvatur materia in aqua serventi in vase vitreato. Liquor lactescens, detinendo momentum, ut partes regulinae indissolubiles subsideant, in alio vase decanterit; & sic ad totalem subtilium partium calcis antimonij extractionem procede. Aquæ omnes iunctæ detineantur, & dum pulveres subsideant, aquam claram per decantationem abstrahit, Calx iterum, atque iterum nova aqua pura, usque quo insipida appareat elue: hinc exicca, si uique caute cuncto.

## V I R E S.

**C**orraptioni resistit, sanguinem mundificat; adversus omnes obstrunctiones hepatis, lienis, mesenterij, alterumque partium internarum, retentionem mensum, exacerbiam virginum, hydropon, melancholiam hypochondriacam, loem venerem, vlera tam interna, quam externa, scabiem, &c. Conducit. Confert etiam in febribus

## NITRVM ANTIMONIATVM.

**E**x Aquas illas, quibus Antimonium Diaphoreticum, seu Hepar Antimonij lavatis, filtra per chartam, & evapora ad peliculam, ac loco frigido, ut crystalli formentur reponere; hinc liquorem decanta, iterumque ad peliculam evapora, & vt antea ad cristallis formandos colloca, idque vique ad finem repete: crystallos omnes iuntes sicca, ac reponere.

## V I R E S.

**P**rodessit in febribus malignis, bydrops, lue venerea, &c.  
Dosis à gr. v. ad 30.

## ANTIHECTICVM PETRI. PTERII.

**E**x Reguli Antimonij 3iv. Iovis selecti 3v. fundantur, ut in vna veniant: hinc mixtio hæc refrigerata pulveretur, & cum triplo nitri milceatur. & in crnicibulo accencio inter prunas imposito detonetur, ut de Antimonio Diaphoretico dictum, & dum stat mixtura in fusione, agetur cum bacillo ligneo, ut flamma eructet, & sub hac sulphure Iovis superabundante evolante candidum acquiratur Antihecticum, & tutom usurpetur fine omni periculo vomitionis, quia communiter corruecit, sed matet: hic enim color cæruleus oritur à sulphure Iovis nondum fixato. Postea edulcoretur eodem modo, quo Antimonium Diaphoreticum.

## V I R E S.

**P**rodessit in phthisi, aliisque pulmonum, hepatis, & utriusque purpura, febribus ardentibus, & malignis. Dosis ad 30.  
Ex aqua, quibus abluitur Antihecticum, crystallatis, ut de Nitro antimonato dictum, habes Nicum fixum.

438 *Tyrcinum Pharmaceuticum, Lib. II.*  
*malignis, exanthematisbus, & variolis; rampit interna apostema, verum non subito, sed paulatim operations suas exercet. Dosis ad 3j Externus cum aequali pondera Draconis Mitigati mira præstat in ulceribus putridis, præcipue veneris, acidum corrosivum absorvente.*

**A**udiamus Gervasium: Antimonium Diaphoreticum; & Vezoardicum Minerale in radice vnus, idemque sunt remedium, tantummodo in hoc distincta, quod dupli via præparentur, primum scilicet in forma sicca, secundum in humida paratur. Amba ramenta nihil aliud sunt, quam regulus Antimonij, seu substantia Antimonij Mercurialis ab acido nitri soluta, huiusque acidi ad hæsione fixata; adeoque ex Regulo Antimonij Mercuriali, quasi subiecto alkalino, & acido nitri emergit concretum tertium salsum fixum, indeque diaphoreticum, in recessu simili sulphureum, cum acidum nitri sorbeat simul regulo Antimonij sociatum sulphur, idque fitat, hincque emergit vis temperandi omne acre præternaturale in corpore alkalinum pariter, ac acidum, secundò sudorem expellendi, non ut reliqua sudorifera crassos humorum attenuando, & resolvendo, sed fermenta morbifica sigendo, & precipitando, quo facta vis Archei tumultuans sedatur, & illud, quod molestum est, per sudorem, vel vrinam ex lympha, aut mæsa sanguinea exterminat. Confer Hoffmanum in clave. At dices, Crocus Metallorum catharticus etiam paratur cum nitro? Respondeo summi ibidem p.j. nitri, contra pro Antimonio Diaphoretico conficiendo partes tres; adeoque quando pro croco parando pars una nitri subdetonatione à sulphure antimonij incenditur, deflagrat illud, & alkaliatur, hinc alkali hoc non nihil apert antimonium, & vires eius catharticas in apricum reducit: contra dum Antimonium crudum tractatur cum triplo nitri, non potest tota nitri copia incendi, sed integrum ex parte manens, tridentane acido sui spiritus rodit regulum, absorbetque sulphur, & ita coit in salinosum tertium temperatum, & diaphoreticum. Huc usque Gervasius.

fixum Alkalimum, in obstructionibus, mensum suppressionibus, hydrope, &c. utile. Dosis ad ʒij.

## CERVSSA ANTIMONII SALÆ.

¶. Reguli Antimonij clari, & electi ʒij. Nitri puri ʒij. Hæc duo simul in pulverem redacta impones exiguae oilæ terre bene vitrare, quam supra carbones candentes collocabis sine vlo operculo, folie ipsi aliquantis per infusando, vñque dum nitrum liqueferit incipiens ignem sulphuri reguli intrinseco communicet: vitroque simul combusto, videbis materiam candidam factam esse instar lactis. Hinc in promptu habeas aliam fistulam ollam, aut æream pelvim, cui sequilibra aqua pluvia init, aut paulò plus: illique dictam ita calentem materiam velociter injicies, movendo diligenterne rudiçula aliquia: ac demum patere pulverem hunc in fundo residere, posteaque aquam hanc separabis ab ipso pulvere inclinando vas ad latus, quam ad alios viñs servabis. In suffidente autem hoc pulvere plerumque grana aliquod reguli lipuefacti remanent, quos à dicto pulvere separare debes, crebro reperitis ablutionibus affusa, nempè sufficienti copia aquæ: & novendo eam, donec planè turbida, limosaque apparet; atque effundendo eam per inclinationem in aliam peluum, quod aliquoties reiterando pulvis exhibit vna cum aqua, & regulus manebit in fundo separatus hoc modo pulvis residet in fundo aquæ; effusaque aqua reluatur tamdiu, donec nulla falsoe amplius offerat, & aqua, quæ effundatur, planè insipida sit. Hinc siccescat pulvis in Sole, aur potius lento igne in parenti scutella, & videbis cum candidissimum factum lactis instar, necnon leuem serè vt Amylum.

## VIRES.

D Eficac, & moderatè adstringit, & è converso aliquo modo abstergit, & aperit; idque ratione salsuginis alio-

alicius, quam a nitro retinuit. Non solum autem in officiis exterrit usum habet, sed etiam intro assumi innoxio, in dū cum maxima utilitate potest; præferunt in curatione in veterarum Ulcerum, scabiorum, aut præstulorum potionem, quo ob maximam humiditatem sensu non potuerunt propinando tribus, aut quatuor septimane continens infra scripta, insuper accommodata diata, miram quantos edat effectus sopra omnes potionis ex decoctis ligni guaiaci, farfa parrilla, cbina, aut alterorum vulgarium remediorum, que in bunc finem usurpare consueverunt. Dosis est, si intro stimatur à ʒij. ad ʒij. manè 4. aut ʒj. boris ante prandium in vino albo, vel permixto saccharo in forma manu Christi.

Aqua, aut prima lotura balsace pulveris utilissima est in lotione adversus scabiem, & pruriginem, itemque ad lavanda, mundificandaque fordania ulcera: ad sedandos (nempè si calcifacta cum linteis applicetur) doctores arthriticos calidos, ad resolvendos tumores ab humoribus calidis, & subtilibus ortos.

## CER VSSA ANTIMONII DIAPHORETICA.

C Errissam Antimonij si denuo cum sale nitri calcinaveris, vel sine fusione ad citrinum colorē reverberaveris, plane fit diaphoretica, & citra naufragium easdem letè operationes, & quidem maiori cum fructu operatur. Dosis est eadem.

## BEZOARDICVM MINERALE

¶. Butyr Antimonij rectificati ʒiv. affunde guttatum spiritus Nitri rectificati ʒiv. abstrah deinde spiritum Nitri igne arene, iterumque affunde spiritus Nitri ʒij. evapora ad siccitudinem: precipitatus hic pos- te calcinetur per se quinhor, ceratur, abluatur, & servetur.

\*\*\*

## V I R E S .

**M**agnum est alexiterium, saluberrimumque reuedium Bezardicum, quo judores provocando magnos efficiunt monstrat in annis eius pestilentibus, & venenatis affectibus. Dosis à gr. vi. ad 30. & ultra.

Appellatur etiam Antimonium Diaphoreticum Crollii, seu Bezardicum Minerale simplex, seu Bezardicum Officinarum.

## BEZARDICVM SOLARE CROLLIANVM.

¶. Butyri Antimonij ℥ib. solue affundendo sensim spiritum Nitri. ¶. Auri fini ℥b. solue in aqua regia. Vtramque hanc solutionem elatam confunde, abstracteque menstruum gradatim, abstractum iterum affunde, cui addes spiritus Nitri novi ℥j. abstracte, id que repete aliquoties. Calx hac educoranda, & ignienda est.

## V I R E S .

**V**ires huius Bezardici summis Crollius effert laudibus in lue venerea, peste, pestagno, bidrope, febribus, obstructione lienis. Dosis à gr. iii. ad gr. viii.

## BEZARDICVM LVNARE.

¶. Butyri Antimonij cum spiritu Nitri soluti ℥j. Lunę finę in aqua forti soluta ℥i. vtraque soluta coniungantur, & ter cohabendo, ad siccitatem per alambicum distillentur: Relicta massa in crucibulo calcinetur aliquot herarum iugatio.

\*\*\*

E I

## V I R E S .

**S**pecificum est in omnibus capitis, ac cerebri affectibus. Dosis à gr. iv. ad 30.

## BEZARDICVM MARTIALE.

¶. Croci Martis per reverberationem parati q. v. extrehe tinturam cum Buryro Antimonij, dein fige per spiritum nitri more solito.

## V I R E S .

**E**st specificum in omnibus fluxionibus ventris, praesertim ab hepate originem capientibus. Dosis ad 30.

## BEZARDICVM IOVIALE.

¶. Reguli Antimonij ℥ii. Iovis Anglici purissimi ℥ii. liquefiant invicem, & redigantur in pulverem subtilem, addanturque Mercurij sublimati ℥x. quæ omnia inter se mixta, & retorte immissa, distilla, Buryrumque distillatum inde cucurbitæ, & distillando omnem humiditatem abstracte, & tantum adde spiritus salis nitri, quantum pondus exempti pulveris requirit, & ex arena visque ad aridum distilla. Iterum exime, in pulverem redige, & abstractum liquorem vna cum ℥ii. spiritu nitri recentis suffunde, & secunda vice, ut prius, ad siccitatem visque abstracte. Album pulverem denudò exime, quam minutissimè tere, & liquorem distillatum cum alijs ℥ii. spiritu nitri affunde, & tertia vice distilla. Tum demum exemptum, & trium pulverem rigillo immite, & ad ignem duas, vel tres horas sine excandescere, & postea ad vsum repone, in spiritu vini prius extinctum, & exiccatum.

Gg

VI

## VIRES.

**D**aphoreticum est insigne, & efficacissimum secretum in omnibus, & singulari matris agitandibus, aliisque maliciis morbis quam placitis. In febris, pesti, feor huto, morbis epidemiacis. Omnis generis imbibit letabili veneno, ut etiam in omnibus cibis, in quibus Bezoarum, & sudsoriferis est locutus. Dosis a gr. iii ad gr. vi. In aqua Therasiaca, vel de cornu Cervi, ad simili.

## TVRPE TVM MINERALE.

**M**ercurij purificati q. v. volci viteroli, vel sulphuris rectificati duplex miscetur in phiala, & digeratur in arena ad mercurij dissolutionem, deinde distillentur ad siccitudinem per lectoram canum tribus cohobis ultimo igne vehementi, dum retorta caudeat. Missam album exime, & ter cum aqua calida ablue, donec precipitatum videris versum in pulvrem flavidum, super quem spirium Vini ter accende.

## VIRES.

**I**n expurganda lue venerea prestantissimum est medicamentum pargans per inferiora, ac superiora, sed non nisi robustioribus exhibendum. Dosis a gr. iv. ad gr. vi. Ecce in ulceribus Gallicis si vnguentis permiscetur, mira prafiat, exciccat enim, & malignitatem corrigit.

## ARCANVM CORALLINVM.

**M**ercurij purificati hsb. spiritus Nitti ibi miscantur, & dissolvatur in retorta vitrea, mox distillatis cum tribus cohobis, arcuum in fundo manens exciccat igne fortis.

Theorico-Practicum, Cap. XV. 445  
forti, mox abluitur aqua tepida, vñque quo aqua infusa appareat, excicetur, & infundatur supra eum spiritus vini ad eminentiam duorum digitorum, digeratur per diem, hinc accendatur spiritus excicatum regonatur.

## VIRES.

**M**agnum est secretum in lue venerea, hydrope, scabie, podagra, cancro, ulceribus, &c. Dosis a gr. iv. ad gr. vi.

## LACERTA VIRIDIS.

**P**ro Mercurio vivi purificati ziv. dissolvatur in zvi. aqua fortis, vel spiritu nitri; Veneris limati zviii. dissolvatur in eodem liquore, quo dissolus fuit mercurius; postea coniunge, ac abitrare per arenam vrgendo in fine igne, ut maxima pars spiritus tollatur. Præcipitatum tere, ac digere cum aceto distillato per dies duos in B. M. vrlmō fac bullire, ve purissima pars mercurij solvatur in aceto, postea decanta, & iterum, ut antea, cum aceto distillato digere, & sic procede ad totalem extractionem tincture ceruleæ, solutiones iunge, ac evapora ad siccitudinem vñque, ac serva.

## VIRES.

**E**s specificum in gonorrhœa virulenta, quam nimil tollit, in sufficientem promovet, ideoque singulis diebus continuandus eius usus est, donec omnis fluxus sedatus sit. Dosis a gr. ii. ad gr. vi.  
Appeilitur etiam Mercurius Præcipitatus Viridis, seu venericus.

## AVRVM FULMINANS, SEV SCLOPETANS.

**A**urum laminati, & in frusta incisi q. v. dissolve, digerendo in aqua regia: solutioni infunde guttam bo-

bonam quantitatem olei tartari per deliquium, donec solutio clara, & alba evadat, sic præcipitabitur aurum instar limi, cuiusclue saltem aqua communis calcemque auræ calore hypocauti lenissimo exicca, vel sponte sua exiccati permittit.

*VIRES.*

**S**udores cit, & obid humeres malignos ejicit. Dosis gr. iiiij. vel iv.

**N.** Aurum hoc fulminans caute tractes, ne flammam concipiens detromentum inferat, concipit enim promptissimè, ac deo sum vergens, quicquid subfratum, non sine adstantium periculo, in frustilla disjicit. Levigatur itaque memento singulis vicibus param summas, non ferro, sed ligno agitando.

**MERCVRIVS DIAPHORETICVS, SIVE**  
**Aethiops Mineralis.**

**R.** Mercurij purificati cum aceto, & sale, & aqua edulcorati, & exiccati, florum sulphuris ana p. æq. misceantur exactissime in mortario marmoreo vñquequo mercurius non amplius appareat, hinc in vase terreo accendatur, vñque reponatur.

*ALIO MODO.*

**R.** Mercurij purificati 3ij. florum sulphuris 3ij. misceantur exactissime in mortario marmoreo ad extincionem Mercurij, vñque servetur.

*VIRES.*

**I**n lue venerea mirificè prodest, rarò oris fluxionem extingendo; lumbricos enecat. Dosis à 9ij ad 9ij.

\*\*\*

(\*\*\*)

\*\*\*

MER:

**MERCVRIVS PRÆCIPITATVS RVBER, SEV**  
**Pulvis Ioannis Vigonis.**

**R.** Mercurij 1ib. Aquæ Regiae 1ib. milce in phiola, ac digere, ad dissolucionem Mercurij: hinc evaporetur ad secundatrem, & sal, seu massa salina pulveretur, & calcinetur vñque quo rubicundissimum colorem acquirat.

*VIRES;*

**V**aleat ad ulcera, & vulnera externa, & carnes excrēcentes confundit.

**MERCVRIVS PRÆCIPITATVS ALBVS, SEV**  
**Mercurius Comesticus.**

**R.** Mercurij purificati 1ib. Aquæ fortis 1ib. misceantur, vt dissolvatur Mercurius, & cum aqua salina præcipitetur, & edulcoretur aqua pura, exiccatur, ac seruetur.

*VIRES.*

**P**urgat per inferiora, ac superiora, valet in syphilitide, elephantiasi, tinea, scrophulis, &c. Dosis ad 9ij. Externè cosmeticum est insigne.

*BVTYRVM. IOVIS.*

**R.** Limatura Iovis 3ij. sublimati corrosivi 1ib. misceantur in mortario marmoreo, ac distillentur per retortam, vt butyrum Antimonij, vñque servetur.

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

\*\*\*

Gg 4

VI

*VIRES.*

**V**lera serophulosa, cancerosaque curat, inurendo profundam secharam, qua sublata, balsamo sulphuris ad cicatricem perducit.

**CHALYBS CVM SULPHURE PRÆPARATVS;**  
sue Crocus Matis Niger.

**R**e. Laminam Chalybis carentem, & scintillantem, cui admove magdalones sulphuris, cuius vi chalybs liquefcet, & decidit granulatum in vas fisticle suppoltum aqua frigida plenum. Granula exiccatæ tere, ac præpara more solito.

*VIRES.*

**O**bstruēta viscera aperit, & humores crassos attenuat.  
Pnde prodeſt in cachexia, palliatis virginum coloribus, ietero, mensium, iteroris, henisque obſtructionibus, affeſtū hypocondriaco, & ſimilibus. Dofis ad 3j.

**CROCVS MARTIS APERITIVVS.**

**R**e. Limature Martis, sulphuris vivi anap. æq. ponantur in vase terro non vitreato, & humectentur cum aqua ut patia fiat: deriñearunt per diem, poſtea calcinentur ſemper agitando ſpatula ferrea igne forti ad rubedinem, hinc pulveretur crocus, & præparetur ſupra, porphydum more ſolito. Convenit cum ſuperiori.

**CROCVS MARTIS APERITIVUS ELEGANTIORI modo.**

**R**e. Limature Martis q. v. irora in vase terro cum tan-

tillo aquæ pluvialis, vel roris maialis, vt in paſtam reducatur: ſiccetur in umbra, poſtea pulveretur, & iterum humectetur cum rore, & ſiccetur ut ante, iterum pulveretur, idque ad 10. vices repetatur, & limatura in ærugine converetur: hinc pulveretur, & more ſolito pp.

*VIRES.*

**C**onvenit cum ſuperioribus, tamen præfantior eß.

**N**. Si ſub nigrum colorem appareat, ob nimiam humidatatem, calcina aliquantulum, ad exalationem alie quam ſulphuream partem, & videbis crocum rubi cumdiſimum, & elegantiore.

**CROCVS MARTIS ADSTRINGENS.**

**R**e. Croci Martis cum ſulphure parati optime reverberati q. v. macera in aceto forti per horam, mox decanta liquorem ſuper natantem, idque repte ad ſexātum vicem, poſtea calcinetur in patina ferrea per octo horarum ſpatium igne reverberi.

*VIRES.*

**V**im habet ſiſtendi ſluſiones ventris: prodeſt in ſouſo ſanguinis, & menstruis ſuprſuis. Dofis ad 3j.

In Marte, qui à Zaccuto Lufitano Mali hypocondriaci Alexipharmacum, Cachexiarum Panacea dicitur, & à Ludovico Polychretti titulo inſignitur, vnde operandi diversitas dependeat, vt mox adſtrinxat, modo apriat, magna lis eff inter Auctores. Nonnulli vim aperitivam in volatiliori potiſſimum refidere parte, ac proinde in ſale, vim adtrictivam in fixiori, adeoque in terra latirare putant. Alij diversitatē opera-tionis in præparationiſ diversitate querunt. Zuvelſerus

in apog. contra Tachenium ex Helmontio probat Martem aperire potestate specifica, & appropriata, constringere vero qualitate secunda, aut per accidentem, quatenus acredinem, & motocitatem humorum demittit. Sydenhamius massæ sanguineæ, iam effete, & languienti, volatile quadam fermentum, seu calcaria, subdere putat, à quo spiritus ante iacentes excitantur. Highmorius tract. de affect. hypoch. Marti causam facultatis aperitivæ per accidentem ascribit, dum scilicet in cachexia, aut malo hypochondriaco vafa maiora toris massæ sanguineæ turgida Martis stypicas constringit rufius, & contrahit, ut æquali proportione ad singula vafa derivetur sanguis, & hoc modo minoribus vasis ad excretionem dicatis iterum suis restituatur sanguis, ut debito tempore illum excertant, & ita circulatio sanguinis suum recuperat tenorem. Verum est Martem per se semper adstringere, quod vapor eo lingua admoto, testatur; aperire autem per accidentem vni ostendit Tachenius, non solum tonum partium, & fibrillas roborando, sed salia acida, & coagulabilia (à quibus induci solent obstrunctiones) abforendo, absortaque secum per alvum educendo, unde hoc modo sublata causa tollitur obstrutio. Hinc est quod assumpta Martialis foeces nigro colore tingant, & nisi excrementa ita tingantur, ferrum inconsiderate propinatur, non enim reperit humorem, qui illud disolvat.

Mars triplici modo usurpat, nempe vel eius limatura cruda sat resolubilis in hypochondriaco, quod excrementa tincta testatur; & hoc modo citius, & feliciter curationem ablolvet, quam si his quovis modo fuerit preparatus, docet Experientissimus Practicus Thoma Sydenham. Is ergo, qui cum sic ferre possunt, crudus in substantia exhibeat, quia sic melius operatur; quod minus enim Mars acido est saturatus extra corpus, eò melius, operatur intra corpus. In subiectis tamen tenerioribus, ventriculum imbecillem absentibus crudus proponari non debet,

mc-

metus enim est, ne in ventriculi fundo subsideat, & exinde vim vitriolicam, ac vomitavim acquirat, vt i nō tar Panar olus pente. 5. obfer. 32. vel exhibetur præparatus, nunc per alkalia, nunc per acid. Per alkalia croci preparati parum valent: alkalia, enim agunt in acidum Martis, & abeunt in magisterium calciforme iners, & nullius usus, insolubile, & in alterabile. Hinc melior est preparatio Martis cum accido facta, vt ab eodem superficietenuis saltum rodatur Mars, huiusque compages referetur, haut vero per concentrationem acidi penitus saturetur. Talis est vulgaris præparatio cum sulphure, que est omnium pesima, cum Mars saturatus acido sulphuris nihil aliud faciat, quam onerare ventriculum; quod pater si enim affundatur aqua fortis ab illa non solvitur. Inter Martialis præparata excellente vitriolum Martis, & Tartarus Martialis, sic namque imitamus naturam adhibendo loco acidularum naturalium Martem superficie tenuis solutum.

Præparata Martialis sub forma liquida, quæ tinctura nomine veniunt, (inter quas excellit tinctura Martis cum sale vegetale parata) præparatis sive forma secca, seu crocis, (licet ad altringendum aprioribus) sunt præserenda, quia in illis Mars solutus facilius operatur, in illis magis compactos maiores ventriculo parat labores, & dolores. In illorum vnu alvus aperta est servanda, quod si non sit, omni ostiū pilularum alectarum vius interponendus est, insuper blandus instituendus est corporis motus pro meliori operacione, & faciliori succorum attenuacione; deinde omnia acidæ sunt viranda, quia Martem saturant, unde post modum saturatus videlicet salia reuinquit intacta. Tandem cathartica exhibenda non sunt, licet pilule ex sola aloë, si alvus non respondeat admittantur. Audi Clas. Thomam Sydenham dixerit. epiphori ad Gul. Cole, sic differenter: Nec mihi solenne est toto illo spatio, quo egra thalybea sumit, carbaticam aliquos statim intervallis exhibere. Cum tam in genere hysterico, quam by-

*hypochondriaco, chalybitis, vires à catartico intereidi, atque infringi mīhi videatur. Quando enim tā mīhi palmarium sit, et sp̄ritus, in ordinem redigam, atque corūn systema redintegrē, si remēque, quod tota vīs obīdīo resarciverant chalybis ope, catartico vel lenissimo exhibito die unica rursus demolior; atque ita diruta extruenda; atque à me extructa subrundo, O' ergo, O' operam iudo, vanus, O' infelix Ardelio. Hac sydenhamius. Geratio referente.*

### LAPIS MEDICAMENTOSVS CROLLII, SEV Lapis Salutis.

¶. Vitrioli viridis lib. vitrioli albi lib. aluminis lib. Anatron, (est fel vitri, id est materiæ spuma, ex qua fieri debet vitrum) & salis communis ana 3ij. salina tartari, ablychni, artemisiae, cichorii, pericariae, & plantaginis ana 3j. ponantur in olla vitreara, & affun de parum aceti rosati, ac coque igne lento sapient agitando, ubi incipit spissificere, adde cerussa lib. boli armene 2iv. diligenter misceantur omnia donec vi ignis medioris in lapidis duritiam massa concreverit, quæ posse fracta olla eximenda, & ad usus reservanda. Si gummata, Mirrham scilicet, & thus addere voles, instituantur coctio lento igne, ne comburantur; nec vis illorum in igne evanescat.

### LAPIDIS SALVTIS DESCRIPTIO BREVIOR ex Hartmanno.

¶. Vitrioli lib. nitri lib. cerussæ, aluminis, & boli armene 3iv. salis ammoniaci 3ij. omnia bene pulverifentur, cerussam verò, & bolum in marmore prius bene tere, ac acceo ad superereminentiam duorum digitorum affuso, coque leniter in olla fatis capaci, donec omnia redigantur in lapidem durum.

V. I.

### V I R E S.

T Ollit, O' desiccat vlera, O' desiccationes curat, erysipelas, scabiem, tineam, O' serpiginem. Modus utendi est, si liquefatur eius 2j. in aqua pluvialis lib. filtretur, filtratura hac a tere, tum lavando, tum linteolum imbuendo, ac imponendo.

### L A P I S C A V S T I C V S.

¶. Calcis vivæ lib. Cinerum Clavellatorum (hoc est feces vini calcinatæ 3lib.) sac lixivium cum aqua communis, quod filtra per chartam emporetacum, evapora ad siccitudinem, & sal remaneat in fundo, quod injicit in crucibulo supra ignem collocato, & ubi humilitas evaporationi fuerit, cautele viisque in instar olei aparsat, procede, dum in promptu cauteria confice, quæ in vase vitro optime obturato, locoque sicco reponatur.

Cineres  
Clavellatæ

### V I R E S.

Breviter carnes excrescentes absunt, crux amque facit.

### L A P I S , S E V M A G N E S A R S E N I C A L I S .

¶. Antimonij crudi, sulphuris flavi, & Arsenici albi ana p. æq. pulverentur subtiliter, lentoque igne liquefiant, vase refrigerato eximitur materia, qua frigore indurescit, vel, si placeat, ante refrigerationem cauteria figurauntur.

### V I R E S.

V Sus eius est in pesta, ubi in forma periopii de collo suspenditur: injuræ ingreditur preter alios ejus in emplastrum magneticum Appellatur etiam Cauterium Potentiale.

L A

454 Tyrocinium Pharmaceuticum, Lib. II.

LAPIS INFERNALIS; SEV SAL CAVSTICVM  
Molineti.

**R.** Luna Capellata  $\frac{3}{4}$ . aq. fortis  $\frac{3}{4}$ ij. Lunam in fe-  
bem minutissime redactam solve in vase vitro, igne  
arenæ, & vbi Luna soluta fuerit auge paulatim ignem,  
& lapidem Lunæ instar lanæ acquires qui per gradus  
perducitur, vñque ad aqua fortis consumptionem, &  
instar olei in fundo apparet, caute in proplasticæ  
idoneo injice.

*VIRES.*

**C**auterium est præstantissimum, dimidia hora spatio  
fonticulum induens. Ulcerum carnem excrecentem  
solo tactu absunt.

## MAGISTERIUM IOVIS MYNSICHT.

**R.** Cinerem stanni puri aperto igne preparatum, & cum  
aceto distillato forti extrahe sal, vt est artis. Postea  
sume spiritum vitrioli optimè rectificatum, illum-  
que guttatum super extractionem hanc prius debite  
filtratam instilla, sic statim albesce instar lactis, &  
præcipitatibus pulvis albus ad fundum vasis, quem  
exime, & toties aqua pluviali distillata edulcora, do-  
nec omnis acrimonia separetur: tandem pulvis exi-  
catur, & ad vsum servatur.

*VIRES.*

**I**n aberratione oculi, & alijs affectionibus hysterici miran-  
da prestat: Assumptum enim oculum, vel ex eo tetro  
vapore ad supernas partes ascendentes cogit, sicut, &  
gravisima symptomata hinc nasci solita impedit.

Dosis à gr. iv. ad

gr. vi.

MA:

## MAGISTERIUM SULPHURIS.

**R.** Flotum sulphuri  $\frac{3}{4}$ j. Salis Tarteri  $\frac{2}{3}$ ij. misce, & su-  
perfunde aqua celi manis libris. digere in arena per  
diem naturalem, ita ut subfinem aqua bulliat, & sul-  
phur solvatur, spatula lignea continuo agitando, li-  
quorque tubercus apparet: postea filtra calide per char-  
tam emporietan, & superfunde paulatim aceti distil-  
lati quantum sufficit, & præcipitatibus pulvis lacteus  
sulphuris paulatim ad fundum; deple humorem, &  
reiteratis ablutionibus materiam edulcora. Ultimo  
ablue cum aqua cordiali, & exicca.

*VIRES.*

**B**alsamus est pulmonum, ac velat ignis consumens, &  
exiccat. Exhibetur igitur utiliter his, qui molestan-  
tur catarrhis, fluxu capitis, asthmate, phthisi, tufsi, co-  
rre, &c. Promovet expectorationem, intercepit defluxio-  
nes ad articulos, ventositas ventriculi, ac intestinorum  
præcoct, at digestus. Dosis ad  $\frac{3}{4}$ b.

Appellatur etiam Lac Sulphuris, Butyrum Sulphuris,  
Præcipitatum, & Cremor Sulphuris.

Lac Sulphuris hecticis, & aridis non peculiariter pro-  
delle ait Croilius, nec phthisicos oculariter iuvat, agen-  
do in humidum radicale. Sulphur enim, cuiusque lac,  
verba sunt Billichij lib. 2. cap. 6. lectu revera dignis-  
sima, & ergo hos non aliter ac sientientia sirus arua, so-  
lantur. Imago lactis est, non ros, non nutrit quod  
ex sulphure emulgeatur lac, sed ignis occulti more bal-  
samum vitæ absunt. Vis sulphuris seruida, atque ex-  
calfactior quantum altuantes, siccocenteque fla-  
gellat. Vera tamen est hujus lactis sulphuris censura  
Zuvelseriana, Magisterium sulphuris nullam singula-  
rem meretur laudem, cum parum differat ab aliquorum  
magisteriorum præparationibus. Flores, inquit, aut  
crudum sulphur in virtutibus longè ipsi præfero.

MA.

## MAGISTERIUM CORALLIORVM.

**¶**. Corallia contusa, rapone in phiola vitrea, & affunde acetum distillatum ad eminentiam duorum, vel trium digitorum, digere, per dies octo, quotidie via agitando bis, vel ter, filtra, & super totallia iterum affunde acetum distillatum, & procede, ut antea: supra solutiones filtratas affunde olei tartaci per deliquium, quantum satis esse videbitur, præcipitatus pulvis edulcoretur aqua distillata. Poterit etiam antequam affundatur acetum distillatum acuare cum spiritu vitrioli, vel sulphuris.

Eodem modo possunt parari Magisteria Perlarum; cornu Cervi, Matris Perlarum, Crani Hominis, Vngula Alcis, Ossis Sepiæ, Carterorumque Lapidum, Rororum ex quibus parata fuere, vires possident. Dosis à 3*lb*. ad 3*lb*.

**Nota:** Vulgaria hæc Magisteria nihil aliud sunt; quam calces fere insolubiles, quibus non exigua portio instrumentorum solventium, & liquorum præcipitantium renaceret adhuc, quod ponderis auctio facile probat. Ipse ergo corallia cruda, perlæ, & similia in pulverem redacta corundem magisterijs preferri debent. Item ablutiones, & eductoriones sunt superiuacanæ; cum nollo modo aciditas menstrui soluentis, (quæ iam tūm in aliud ens commutata est) cuius posuit. Vide Zuvelserum, Etymulerum, & Robert. Boyle.

MAGISTERIUM CRYSTALLORVM  
Montanarum Cneffellij.

**¶**. Crystallorum pellucidarum *lb*. (p. vitrioli non dephlegmati *lb*). Crystallus ignatur, extinguaturque in sp. vitrioli, qui labor decies repetendus est, tandem super porphyritem redigatur in subtilissimum alcohol.

## V I R E S.

**C**alcum atterit, prodeſt, & podagra, & alii quam plurimi morbis. Vnde Paracelsus dixit: In lapillo duro non est medicina prestantior crystallo, felix ille, qui potest preparare. Dosis ad 3*lb*.

## MAGISTERIUM TARTARI PVRGANS.

**¶**. Salis Tartari albissimi q. v. solve in aceto distillato hinc abstrahé humiditatem lento igne, novumque acetum distillatum affundendo, iterumque solve, ac abstrahé, operationes solutionis, ac abstractionis reperendo, donec acetum distillatum extillerit, aciditate sua pristina, qua octava, vel nona imbibitione, ac distillatione fieri, excicetur post modum, & affunde spiritum vini, cumque abstrahé aliquoties cohobando.

## V I R E S.

**P**urgat per inferiora, utile in omnibus morbis deploratis: summum est sanguinis depurativum, si late volatili cornu Cervi, viperarum, salis Ammoniaci, &c. associetur; egregium est antihypocondriacum; par non habet in arthritide, calculo, & in omnibus morbis tartareis, Dosis ad 3*lb*.

Appellatur etiam Arcanum salis Tartari, Terra solida Tartari, & Sal vini escentiale.

## MAGISTERIUM SCAMMONII.

**¶**. Scammonij sceltri q. v. solve in spiritu vini rectificatissimo; post filtra, & in balneo per alembicum ad medietatem saltum abstrahé; & aqua rosacea, quantum ad precipitationem sufficiat affunde, & præcipitabitur resina scammonij purissima, absque omni venenoſa acredine, nauticoſo ſapore, & odore omnino libe-

libera , quam remoto phlegmate exicca , & ad vsum  
serva.

## VIRES.

**V**Tranque bilem , alio/que humores diversos sine omni  
lesione , & nausea ex corpore humano educit : propte-  
reia via mitius , suauius , & nobiliss catharticum in re-  
rum natura inveniri poterit. Dosis à gr. vij. id 3j.  
Appellatur etiam Resina , Cremor , Panacea scammoni-  
ni , seu solutiv vegetabilis Syriaci , vel convolvoli  
Cathartici Syriaci , vnde pulvis Syriacus dictus .

## MAGISTERIVM, SEV RESINA JALAPPÆ.

**R**adic. Jalappæ q. v. pulverifentur grossò modo , &  
superfundè spiritus vini optimè rectificati qd. vt tres ,  
vel quatuor digitos super emineat , stent in digestione  
loco calido per aliquot dies , postea colla cum forti ex-  
pressione hinc filtra per chartam , & filtrato liquori  
superfundè aquam rotatam ad præcipitationem resi-  
noꝝ substantiae Jalappæ ad fundum , adhuc semel  
ablue , exicca , ac serva.

## VIRES.

**S**erofor , biliosusque humores commode evacuat , delicata-  
lis , & cetera pharmaca aversantibus maximè accom-  
modatum. Dosis ad 3j.

Eodem modo parantur Magisteria Turpethi , Gummi  
de Peru , ligni Sancti , ligni Aloes , succini , aliarumque  
retum resinofarum.

**N**ota: Hæc resinae non sunt exhibenda in liquoribus  
aquoſis (quia revivificant , & partim cocheari , partim  
faucibus , & ventriculo adhaerent , & hypercartharism  
inducunt) nisi prius cum modico vitelli ovi diſsolvan-  
tur. Commode etiam usurpati possunt in conservis  
admixendo pulverem aliquem salinum ( scilicet Sal  
tar

Resina quo  
modo in li-  
quoribus  
aquoſis ex-  
bibenda.

tartari , crem. tart. tart. vitriolatum , arcum dupl. &c.) à quo tanquam absterivo impeditur resinarum  
adhæſio , & vellicatio.

## FOECVLA ARI.

**R**adic. Ati q. v. lava , ac conquaſſa optimè in  
mortario , & si minus succulenta sint affunde aquam ;  
vt fiat pulpa liquidiuscula , hanc fortier exprime , ex-  
pressionem liquidam repone , vt subſideat ſecula ſec-  
culam ſubſidentem ſicca , & serva.

## VIRES.

**H**umores crassos diſſolvet , tartareoſque , obſtructiones  
vicerum reſerat , ſtomachum confortat , ac ſanguinem  
purificat. Dosis ad 3j.

Eodem modo parantur ſecula Bryoniae , Iridis , Peo-  
niae , &c. vide in Lib. I. Cap. V. de ſecculis horaturn.

## CAPVT XVIII.

**D**: Mifcelaneis Galeno-Chymicis.

DIAGRYSIVM SVLPHVRATVM , SEV  
Cholagogum simplex.

**R**ec. Scammonij electi q. v. crassiusculè tere , & ſupra  
chartam bibulam æqualiter expande , mox ſuper im-  
pone erati , ſub quo carbo ſit vivus , in quem inieci  
ſulphur , ſuffumigetur ſcammonium , & charta tan-  
diu tenetar ſupra fumum , ilque dum ſcammonium  
liquefieri , & chartæ adhaerere incipiat : cabe ſo-  
lum , ne comburatur , ideoque a ſumo re-  
move , & calcinatum ad vſum  
ſerva.

\*\*\*

Hh 2

VL